

108770

C. PLINII SECUNDI  
NATURALIS  
HISTORIÆ

TOMUS QUINTUS.



P A R I S I I S,

Apud FRANCISCUM MUGUET, Regis & Illustrissimi  
Archiepiscopi Parisiensis Typographum.

M. DC. LXXXV.

C U M P R I V I L E G I O R E G I S.

C. PLINII SECUNDI  
 NATURALIS  
 HISTORIÆ  
 LIBER XXXVII.

I.  T nihil instituto operi dicit, gemmæ supersunt, & in arctum coacta rerum naturæ majestas, multis nulla sui parte mirabilior. Tantum tribuunt varietati, coloribus, materiæ, decori, violari etiam signis gemmas nefas ducentes. Aliquas vero extra pretia ulla, taxationemque humanarum opum arbitrantes, Sut plerisque ad summam absolutamque rerum naturæ contemplationem satis sit una aliqua gemma. Quæ fuerit origo gemmarum, & quibus initiis in tantum admiratio hæc exarserit, <sup>1</sup> diximus quadamtenus in mentione auri anulorumque. <sup>2</sup> Fabulæ primordium a rupe Caucasea tradunt: Promethei vinculorum interpretatione <sup>3</sup> fatali: primumque <sup>10</sup> faxi hujus fragmentum inclusum ferro, ac digito circumdataum, <sup>4</sup> hoc fuisse anulum, & hoc gemmam.

II. His initiis cœpit auctoritas, in tantum amorem elata, ut Poly- CAPUT I.  
 crati Samio severo insularum ac litorum tyranno, <sup>5</sup> felicitatis suæ,

INTERPRETATIO.

<sup>1</sup> Felicitatis. ] Felicitatem suam satis tunæ semper alias blandienti quasi vimendam arbitratus est, unam eam vicissim tradaret, ne in aliis rebus adgemmam si sponte perderet, si hoc for- veisam sentiret.

NOTE.

Scilicet. I. 1. *Diximus quadamtenus.* ] mesheum primum fragmentum faxi ejusdem inclusisse ferro, ac digito circumde- Libro 33. Lect. 4. Nam de Prometheo omnia fabulosa arbitratur, quamquam illi quoque ferratum anulum dedit antiquitas: vinculumque id, non gestamen, intelligi valuit.

2. *Fabula.* ] Vide Servium in sextam Maronis eclogam. Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 6. *Primordia gommarum,* inquit, a rupe Caucasi *Fabula ferunt Pro-*

disse: *iiijque initius capisse anulum atque gemmam.* Sic & Matbodeus in præfat.

3. Fatali. ] Infelici. Ita libri omnes: non, ut quibusdam placet, futili.

4. *Hoc fuisse.* ] Sententia est, ferrum digito circumdataum, anuli vicem præbuisse: gemmæ, faxi fragmentum ferro inclusum.

nervorum prodesse habentibus.<sup>34</sup> Aromatites & ipsa in Arabia traditur gigni, sed & in Ægypto circa Pyras, ubique lapidosa, & myrræ coloris, & odoris, ob hoc reginis frequentata.<sup>35</sup> Asbestos in Arcadiæ montibus nascitur, coloris ferrei.<sup>36</sup> Aspilaten Democritus in Arabia gigni tradit, ignei coloris. Eam oportere camelii pilo spleneticis alligari: invenirique in nido<sup>37</sup> Arabicarum alitum. Et aliquam eodem nomine ibi in Leucopetra nasci argentei coloris, radiantem,<sup>38</sup> contra lymphatum habendam.<sup>39</sup> Atizoën in India & in Perside ac Ida monte nasci tradit, argenteo nitore fulgentem, magnitudine trium digitorum, ad lenticulae figuram, odoris jucundi, necessariam Magis<sup>40</sup> regem constituentibus.<sup>41</sup> Augites multis alia videtur esse, quam quæ callaïs.<sup>42</sup> Amphitane alio nomine appellatur chrysocolla, in Indiæ parte, ubi formicæ eruunt aurum, in qua invenitur auro similis quadrata figura: affirmaturque natura ejus, quæ magnetis:<sup>43</sup> nisi quod trahere quoque aurum traditur.<sup>44</sup> Aphrodisiace ex candido rufa est.<sup>45</sup> Apsyctos leptenis diebus calorem tenet excalfacta igni, nigra ac ponderosa, distinguenter eam yenis rubentibus. Putant prodesse contra frigora.<sup>46</sup> Ægyptillam Iacchus intelligit, per al-

## INTERPRETATIO.

<sup>4</sup> Per aluum. } Per medium discurrentibus venis rubris nigrisque.

## NOTÆ.

<sup>34.</sup> Aromatites. ] *Aquamarina*, cui ab odoramentis nomen. Cæsalpinus existimat Ambram esse, *l'Ambre-gris*.

<sup>35.</sup> Asbestos. ] *Ascesos*, cui nomen est, inquit Solinus, cap. 7. pag. 22. quod accessus semel extingui nequit. Isidorus, lib.

16. cap. 4. Albertus, tract. 2. pag. 227. Marbodeus, cap. 7. Linum asbestos, de quo lib. 19. sect. 4. fieri ex eo lapide inflata tenuia deducto, quod vulgo creditum est, falso est.

<sup>36.</sup> Aspilaten. ] In Indice *Aspisatis*. Incognita.

<sup>37.</sup> Arabicarum alitum. ] Quas melançoryphos vocant, ut dictum est sect. 33.

<sup>38.</sup> Contra lymphatum. ] Rectius forte, contra lymphationes. Sed nihil simile M S S. codices habent, in quibus clare, radiantem cum Luna habitum habentium, ut appareat, corrupte.

<sup>39.</sup> Atizoën. ] Index, Atizone.

<sup>40.</sup> Regem constituentibus. ] M S S. omnes, regum constitutionibus.

<sup>41.</sup> Augites. ] *Auystes*, cui a splendore, *avyn*, sive perspicuitate, nomen. De

callaïde, sect. 33.

<sup>42.</sup> Amphitane. ] M S S. *Ampitane*, Sed Index e probatissimis exemplaribus, *Aphitane*, nomine, ut videtur, barbitaco. Habet hæc eadem, quæ Plinius, de chrysocolla, Isidorus, lib. 16. Orig. cap. 14.

<sup>43.</sup> Aphrodisiace. ] Quasi Veneris gemma, quod nomen vidimus cum aliis patriter communicatum, sect. 44. Achates speciem esse Dalecampius conjicit.

<sup>44.</sup> Apsyctos. ] Sic etiam in Indice, Libri haec tenus editi, *Apsyctos*. Albertus M. lib. 2. de miner. pag. 227. & Marbodeus, cap. 6. qui hæc totidem verbis referunt, *Absinthos* mendose, pro *Apsyctos* habent. Isidorus, lib. 16. cap. x i. item vitiōse, *abscatos*. *Aψικτες* Graece intelligitur, qui refrigerari nequit, qui non inalgescit.

<sup>45.</sup> Ægyptillam. ] Sic ab Ægypto Isidorus quoque appellat. Urgutio quoque in Glossario M S. *Ægyptilla*, *gemma*, ab Ægypto, ubi invenitur. Tamen in Indice *Ægyptilla*. Reg. 2. Colb. 3. Fux, alii, *Agistilla*.